

NUMMI HONORARIJ:
 CUSI IN COMITIIS A RUDOLPHO
 Secundo Imp. celebratis Ratisbonæ: Anno
 Christi 1594.



Um in Ungaria Strigonium arcē à Christianis ob-
 detur, Comitia secundum Ratisbonæ celebrat Ru-
 dolphus Secundus Imp. in quibus congregatis
 Electoribus, Principibus, & reliquis Imperij ordi-
 nibus non sine mœrore animi exponit: quod licet
 cum Turcarum Imperatore Anno 1591. octo an-
 norum pepigerit inducias: ipse tamen contra da-
 tam fidem non Hungarorum duntaxat, sed vicinas
 quoque ditones hostiliter depopuletur: arces ac
 castella munitissima capiat: Oratorem etiam suum in vincula conjecerit:
 qui Belgradum abductus summis in miserijs, fœtidq; carceris ærumnis, vi-
 tam finierit: petens, in decernendis justis auxilijs, non tam fui, quam totius
 orbis christiani rationem haberi. His cum nonnulla de bello Belgico: ma-
 triculâ Imperij: dicasterij supremi revisione: lege monetariâ subjecisset, ex-
 cipientes petitionem eius Status Imperij, ad conferenda contra Turcam au-
 xilia paratos sese ostenderunt: vicissim rogantes Cæsarem, ut quod fecerit
 hactenus, facere deinceps pergat, inque id incumbat, quo elegantissima
 Belgarum natio calamitatibus ac miserijs, quas longa continuatio bello-
 rum